

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

55. Erphordia subjugatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

## 660 CHRISTOPH. BERNARDUS

1664. *Ludovicus Galliarum Rex, Societatis C-*

*55. put, quater mille peditum, & equitum qui-  
Erphor- gentos Duce *Pradelio* suppetias mittit. Con-  
dia sub- stophorus *Bernardus* armatos sesqui mille can-  
jugatur. tormentis ac mortariis designat, qui Ducto-  
re *Flurenio*, sub exordium Septembri, auxi-  
liares Moguntino se sistunt. Accedebant  
ad hos Lotharingicæ, & ipsius Octoviri Li-  
giones. Iis armatus copiis *Joannes Philip-  
pus*, auspicio *Pradelij* Civitatem obsedit, &  
tandem pauca deditio[n]is capita pactus, Iu-  
bus Octobris ita Moguntiæ subjicit, ut Sen-  
tus, Populusque Erphordiensis, quinto Ka-  
lendas Novembris solenniter intranti sup-  
plex debuerit in propatulo, flexis genibus,  
ratorum veniam deprecari, & in concepta  
verba perpetuam Moguntina sedi obedien-  
tiam jurare.*

*Joannis* *Ortus erat Joannes Philippus ex illustri Ba-*  
*Philippi* *ronum de Schönborn familiâ, uti Germani-*  
*Electoris* *cam inter Nobilitatem pervetustâ, ita nec*  
*Mogun-* *paucorum sago pariter ac togâ virorum ex-*  
*tiniens.* *cellentium nutrice. Jam tum anno secûl*  
præsentis quadragesimo secundo per elec[tion]em  
succes[er]at *Francisco Hatzfeldio*, Bam-  
bergensi & Herbigolensi Episcopo, in Herbit-  
politanâ Cathedrâ & Franconia Ducatu. De-  
inde quinto post anno, in locum *Anselmi Ca-*  
*simirj Wamboldij* suffectus Archi-Praeful ac  
Septenvir Moguntinus. Demùm etiam, ne  
quid

quid numero dignitatum deesset, sub annum 1664.  
sexagesimum tertium, *Hugoni Everardo Comiti-Cratzio* Episcopo Wormatiensi per postulationem surrogatus. Hanc ille Principatum trigam incomparabili prudentia, justitia, ac magnificentiae laude sustinuit semper. Nec minore zelo rem ubique sacram promovit. In publicis Imperij negotiis, in que Electorali ac Principum Collegio, authoritas Ejus & consilia identidem plurimum valuere. Quas possedit terras, ad immortalis nominis sui gloriam rexit, propugnavit ac propagavit. Anno tandem ætatis hujus septuagimo tertio fatis concessit laborum ac meritorum plenus; Sed cum subditorum omnium, imo Germaniae totius, & in primis *Christophori Bernardi*, ingente luctu ac moere.

Meruit autem à viro, dono prophetiae & prædicationis notam claro, superstes adhuc eru-  
ctio de diri, haud remotum tempus esse, quo de gen- Nepote  
te Schönbörnia Moguntina Sedes gauderet Lotharia  
iterum possestori. Hujus nos prædictionis Francis-  
veritatem experimur his diebus, dum Joannis co.  
Philippi ex Fratre Nepos, Eminentissimus  
Princeps Lotharius Franciscus, Imperialis Ec-  
clesiae Bambergensis Antistes, unanimibus pro-  
nuper Sunnymistarum Collegij Metropolitani  
votis, postulatus Coadjutor, nunc dum præ-  
fens hæc pagella sub prelo sudat, post fata

Ansel-

1664. Anselmi Francisci Ingelheimij, cum Orbis ap-  
plausu, & incredibili Germanorum omnium  
congratulatione, salutatur Successor Archi-  
Episcopius & Elector Moguntinus, Germanus  
Primus. Cujus herōicæ virtutes bonorum  
animis spem ac fiduciam ingenerant, firmans  
que, lecturum Patrui vestigia, & inter ea  
præsentium temporum calamitates (quibus  
ista præ multis vicinia miserè premitur) no-  
solum afflictis futurum præsidio, sed & iace-  
tes etiam, cum aureæ pacis fructu, fortificare  
recturum.

56. Nunc ad Christophorum Bernardum, pa-  
C. Bern. eos dies adhuc Viennæ commorantem, cal-  
à Cesare mun reducamus. Dum quotidie abitum  
donatus. parat, frequens illi antè cum Ministris Augu-  
sti sermo: at suspecta multis secretior con-  
versatio ipsum inter & Hispaniarum Regis  
Legatum. Interim abiturientem aurea Ce-  
sar cruce donat, preciosis distinctâ adamanti-  
bus, magnique æstimatâ: quam Basiliæ  
Monastericæ & in Episcopali Cathedra Suc-  
cessoribus legavit postcà testamento. E-  
quonia in congiariis pluribus tunc concinan-  
dis temporis angustia non sufficiebat, haud  
modicam pecuniarum suinam pari liberali-  
tate Caesar offert, ceu donativum inter eos  
Discedit quos de Hungaricâ expeditione meritos judi-  
Viennæ. caret, Principis arbitratu distribuendum. Idi-  
bus Novembbris Imperatori valedicit: po-

ster  
suæ  
dit  
pre  
nus  
gni  
iter  
cip  
tire  
Inc  
fel  
Ot  
pot  
huf  
ro  
suff  
Pra  
ter  
Co  
lun  
rur  
fui  
uti  
eg  
eq  
nu  
ria  
cas  
steo